

mare illas, et addere solemnitate[m] etiam altero renuente, alterius est considerationis. Idem censeo de electionibus non rite factis quantumvis electus dignus sit, nec puto posse bona conscientia retinere munus vel prae[ben]dam, nisi defectus aliquo modo suppleatur. Sic etiam testamentum minus sole[m]ne prorsus irritum est: an vero voluntas testatoris irritetur etiam per leges, alterius considerationis est. Denique quod de professione religiosa dicebatur improbable omnino est: nam, si defectus solemnitatis substantialis contra leges ecclesiasticas interveniat, valida non erit, etiamsi optima fide et cum omnibus circumstantiis iure naturali sufficientibus facta fuerit, ut aperte nunc constat ex Concilio Tridentino. Neque jam ullus hoc negat. Imo nec Glos. vel Panormit. in dict. cap. *Porrectum* loquuntur de defectu formae substantialis, sed accidentalis solemnitatis, ut legenti constabit.

CAPUT XXV.

UTRUM OMNIS LEX PROHIBENS PURE AC SIMPLICITER ACTUM EO IPSO IRRITET ILLUM, ITA UT OMNIS ACTUS FACTUS CONTRA LEGEM PROHIBENTEM NULLUS SIT.

lis prohibendo actum facit illum irritum, ut supra visum est. Deinde leges Ecclesiae prohibentes matrimonia inter consanguineos, irritant illa, quamvis non habeant alia verba praeter simplicem prohibitionem. Idem videre licebit in antiquis decretis prohibentibus matrimonia religiosorum usque ad Innocentium II, quae non habebant verba irritantia praeter simplicem prohibitionem. Tertio, argumentamur ratione, quia voluntas inferioris non potest esse efficax contra voluntatem superioris; sed quando lex simpliciter prohibet actum, resistit illi voluntas superioris; ergo non potest esse efficax. Et facit c. *Venientes*, de Jur. jur., ubi dicitur non posse iuramentum inferioris obligare contra voluntatem seu decretum superioris. Idem colligitur ex cap. 2 de Testibus. Quod praesertim verum habet in contractibus, et similibus actionibus quae sine adminiculo juris validae non sunt; nam jus non cooperatur his actibus qui contra legem fiunt. Tandem ex actione peccaminosa non potest aliquis consequi fructum, neque effectum; sed hae actiones prohibitae, si fiant, sunt gravia peccata; ergo eo ipso sunt etiam irritae.

2. *Legem simpliciter prohibentem actum, licet nil aliud addat, irritare illud sentiunt plu-*

ligionem prohibitus est in laxiori profiteri; si tamen id faciat, professio valida est, cap. *Pe nulli*. de Regular., in 6. Et in universum prohibitum est donari uni rem alteri promissam, et tamen donatio valida est, et multa sunt similia, quae praedicta communis sententia non negat. Et ob eam causam variae limitationes et distinctiones ab ejus auctoribus inventae sunt ad explicandam tam assertionem quam dictam legem *Non dubium*, ut videri potest in Angel., verb. *Lex*, n. 18; et Sylvest., quaest. 28, ubi quatuor adhibet limitationes ex quibus secunda, quae est de favore privatae personae, in capite praecedenti tractata est; tertia vero spectat ad leges assignantes formam actibus, de quibus in capite sequenti dicitur; alias vero hic expendere necesse est.

4. *Legem prohibentem simpliciter sine adjectione poenae irritare sentiunt.* — Primo dicunt multi, quoties lex prohibet simpliciter sine adjectione poenae, irritare; si tamen poenam adiciat, non irritare. Ita Sylvest., verb. *Lex*, quaest. 28, cum Panorm. et Cardin. in Clemen. 4 de Rescript., et Joan. Andr. in cap. *Sicut*, Ne Clerici vel Monach.; et plures refert Felin. in cap. 2 de Testibus. Prioremque partem supponunt ex dicta l. *Non dubium*, cum communi sententia. Ad posteriorem autem suadendam inducunt legem ult. ff. de Repudiis, ubi ex

quia hoc non praesumitur quando non exprimitur, ideo secus est, quando solum prohibet et poenam adicit.

6. Sed contra hoc est, quia sola poenae adjectio non est sufficiens indicium quod actus prohibitus non irritetur, si alias absoluta verba prohibentia ad irritandum sufficiant, ut expresse notavit Anchar. in cap. *Sicut*, ne Cleric. vel Monac., et ibi Panorm., n. 10, referens alios. Et patet primo, quia irritatio non est poena, ut supra diximus, et ita licet addatur alia poena, non est duplex, nec immoderata poena. Et quamvis sint duo onera, sunt diversarum rationum, et habent diversas causas, et ideo merito conjungi possunt: nam irritatio per se fit, quia expedit ad bonum commune; poena vero imponitur propter culpam. Et ita *Sanctio* quae in contrarium afferebatur non est ad rem, tum quia loquitur de duplici poena propria, tum etiam quia loquitur de poenis non impositis per eandem legem, sed per diversas, et unam generalem, et aliam specialem, de quibus est longe diversa ratio. Nam hic loquimur de eadem lege irritante et puniente, quae in rigore potest etiam imponere duplicem poenam, quia violans legem irritantem non minus, imo per se loquendo, gravius peccat quam violans legem prohibentem et non irritantem; ergo retenta irritatio non videtur

legum prohibentium quodammodo irritantur. Idem probando, ad quod supra visum est, dicitur non potest esse efficax contra voluntatem superioris; sed quando lex simpliciter prohibet actum, resistit illi voluntas superioris; ergo non potest esse efficax. Et facit c. *Venientes*, de Jur. jur., ubi dicitur non posse iuramentum inferioris obligare contra voluntatem seu decretum superioris. Idem colligitur ex cap. 2 de Testibus. Quod praesertim verum habet in contractibus, et similibus actionibus quae sine adminiculo juris validae non sunt; nam jus non cooperatur his actibus qui contra legem fiunt. Tandem ex actione peccaminosa non potest aliquis consequi fructum, neque effectum; sed hae actiones prohibitae, si fiant, sunt gravia peccata; ergo eo ipso sunt etiam irritae.

2. *Legem simpliciter prohibentem actum, licet nil aliud addat, irritare illud sentiunt plu-*

ligionem prohibitus est in laxiori profiteri; si tamen id faciat, professio valida est, cap. *Pe nulli*. de Regular., in 6. Et in universum prohibitum est donari uni rem alteri promissam, et tamen donatio valida est, et multa sunt similia, quae praedicta communis sententia non negat. Et ob eam causam variae limitationes et distinctiones ab ejus auctoribus inventae sunt ad explicandam tam assertionem quam dictam legem *Non dubium*, ut videri potest in Angel., verb. *Lex*, n. 18; et Sylvest., quaest. 28, ubi quatuor adhibet limitationes ex quibus secunda, quae est de favore privatae personae, in capite praecedenti tractata est; tertia vero spectat ad leges assignantes formam actibus, de quibus in capite sequenti dicitur; alias vero hic expendere necesse est.

4. *Legem prohibentem simpliciter sine adjectione poenae irritare sentiunt.* — Primo dicunt multi, quoties lex prohibet simpliciter sine adjectione poenae, irritare; si tamen poenam adiciat, non irritare. Ita Sylvest., verb. *Lex*, quaest. 28, cum Panorm. et Cardin. in Clemen. 4 de Rescript., et Joan. Andr. in cap. *Sicut*, Ne Clerici vel Monach.; et plures refert Felin. in cap. 2 de Testibus. Prioremque partem supponunt ex dicta l. *Non dubium*, cum communi sententia. Ad posteriorem autem suadendam inducunt legem ult. ff. de Repudiis, ubi ex

quia hoc non praesumitur quando non exprimitur, ideo secus est, quando solum prohibet et poenam adicit.

6. Sed contra hoc est, quia sola poenae adjectio non est sufficiens indicium quod actus prohibitus non irritetur, si alias absoluta verba prohibentia ad irritandum sufficiant, ut expresse notavit Anchar. in cap. *Sicut*, ne Cleric. vel Monac., et ibi Panorm., n. 10, referens alios. Et patet primo, quia irritatio non est poena, ut supra diximus, et ita licet addatur alia poena, non est duplex, nec immoderata poena. Et quamvis sint duo onera, sunt diversarum rationum, et habent diversas causas, et ideo merito conjungi possunt: nam irritatio per se fit, quia expedit ad bonum commune; poena vero imponitur propter culpam. Et ita *Sanctio* quae in contrarium afferebatur non est ad rem, tum quia loquitur de duplici poena propria, tum etiam quia loquitur de poenis non impositis per eandem legem, sed per diversas, et unam generalem, et aliam specialem, de quibus est longe diversa ratio. Nam hic loquimur de eadem lege irritante et puniente, quae in rigore potest etiam imponere duplicem poenam, quia violans legem irritantem non minus, imo per se loquendo, gravius peccat quam violans legem prohibentem et non irritantem; ergo retenta irritatio non videtur



tionis. Ita Bald. in dicta l. *Non dubium*, n. 18, ex Gloss. in Clement. 1 de Jure patronat., verb. *Inhibentes*. Prior pars probatur, quia effectus non excedit causam, et ideo solet actus restringi juxta exigentiam causæ, l. *Si stipulator*, ff. de Verb. obligat. Sic lex prohibens matrimonium fieri certis diebus, non irritat, ut constat ex titulo de Matrim., contra interdictum Ecclesiæ, quia temporalem habet causam. Posterior vero pars relinquitur ut probata omnibus rationibus in principio adductis; nam tunc maxime potest ex prohibens irritare, cum habeat causam proportionatam.

8. *Predicta distinctio insufficientis.* — In hac sententia possumus prius membrum pro nunc acceptare ut favorabile et verum, quando lex utitur tantum verbo prohibente, non tamen illud admittimus ut sufficiens ad rem explicandam, nec ut recte deductum ex illo fundamentum. Ratio prioris partis est, quia si prohibitio absoluta sufficit ad irritandum, quod prohibitio vel causa ejus sit temporalis non sufficit ut lex non censeatur irritare. Probatur hoc simul cum altera parte, quia non repugnat causam esse temporalem et legem prohibentem irritare, si id exprimat. Probatur, quia minor ætas temporalis est; brevi enim discursu temporis finitur, et tamen sunt multæ leges irritantes actus ex illo capite. Annus etiam probationis temporalis causa est, et tamen defectus illius irritat professionem. Item adulterium vel homicidium cum machinatione, transitoria causa fuit, et tamen ratione illius data est lex irritans. Dices, licet actus fuerit transiens, impedimentum quod reliquit est permanens et perpetuum. Sed hæc est petitio principii: nam illud impedimentum non est causa legis, causa enim fuit peccatum commissum, sed est illud impedimentum effectus legis, quia non ex natura rei, sed virtute legis fuit introductum; ergo ex causa temporali potest lex irritare actum et reddere personam perpetuo inhabilem ad illum. Et ratio est, quia actus, licet temporalis sit, est dignus tali irritatione per legem introducta, vel certe si irritatio non sit pœnalis, quæ ob præteritum actum imponatur, habere potest rationabilem causam temporalem, ut est ætas, quæ ex certo tempore pendet, et sufficit ut pro tunc expediat non solum prohibere sed etiam irritare actum tali tempore factum: ut patet etiam in sententia die festo vel noctis tempore prolata. Ergo in lege prohibente non debet attendi an irritet necne, ex parte causæ temporalis, nisi alia verba pensentur.

9. Aliud item membrum de quo est propria

controversia non potest indistincte defendi. Nam votum simplex castitatis vel religionis de se perpetua causa est prohibendi matrimonium, et tamen non irritat. Item cognatio quæ ex catechismo contrahitur perpetua est, et nihilominus lex prohibens matrimonium ratione illius non irritat actum, cap. *Per Catechismum*, de Cognat. spirituali, in 6. Ratio autem est, quia sola causa, etiamsi sit perpetua, non irritat actum sine voluntate legislatoris, quæ voluntas debet per legem sufficienter exprimi; non exprimitur autem sufficienter per solam prohibitionem, ut probant exempla adducta, et principium illud: *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*

10. *Tertia limitatio, quando lex prohibet actum ratione suæ substantiæ, non vero quando ratione circumstantiarum.* — Tertius modus explicandi seu limitandi prædictam sententiam, est ut locum habeat quando lex prohibet actum ratione suæ substantiæ, non vero quando prohibet ratione circumstantiarum, ut quod fiat hoc tempore, hoc loco. Ita Baldus cum Paul. Castrens. in dicta lege *Non dubium*, ex Glossa in Authentica *Decernit*, cap. de Recept. arb., verb. *Sacramenti*, Angelo, et Sylvestro supra, et fere reliqui. In qua distinctione admittimus posteriorem partem, quæ favorabilis est. Non est autem intelligendum non posse irritari actum, etiamsi tantum ratione circumstantiarum vel quoad solas circumstantias prohibeatur, dummodo prohibitioni addatur irritatio. Sic enim irrita est professio facta intra annum probationis, licet non prohibeatur professio absolute, nec ratione sui, sed in tali tempore, et ratione circumstantiæ; sic etiam acta judicialia prohibita in die festo irrita sunt, ut vidimus tract. 2 de Relig., l. 2, c. 30, licet solum ratione circumstantiæ temporis prohibeantur; et idem est de similibus prohibitis fieri in loco sacro, ut in eodem tractatu diximus, l. 3, cap. 4, n. 13; irrita enim sunt, licet solum propter loci circumstantiam talis prohibitio fiat. Hæc tamen irritationes in legibus exprimuntur, quod si non fieret, non censerentur irritæ ratione prohibitionis, ut in eisdem locis diximus de contractibus factis in loco aut die sacro contra Ecclesiæ prohibitionem. Illa ergo pars vera est, non tamen propter rem prohibitam, sed propter simplex verbum prohibendi, et ita parum confert pars illa ad expediendam difficultatem. Imo ex illa nonnullum sumitur iudicium, verbum prohibendi de se non esse sufficiens ad irritandum, quamvis illud solum non cogeret.

11. Aliud autem membrum non videtur posse universaliter defendi, ut patet primo in prohibitionem matrimonii, quæ fit propter impedimentum voti simplicis castitatis aut religionis; nam ibi prohibetur substantia matrimonii et actus ipse in se, et ratione sui, et tamen non irritatur ex vi talis prohibitionis. Ad hoc argumentum eludendum addunt aliqui aliam particulam seu limitationem, scilicet, non satis esse quod prohibeatur substantia actus, nisi etiam prohibeatur directe, quod non ita fit per votum; nam ibi directe præcipitur reddere Deo promissum, et inde per quamdam veluti resultantiam prohibetur matrimonium, quod est prohiberi indirecte. Sed hoc displicet imprimis quia sine ratione et probatione adduntur istæ limitationes et particulæ ad fugiendam difficultatem. Unde etiam fit ut in quocumque exemplo possit alia similis evasio inveniri, et ita res gravissima confusa maneat, et sine certa regula ad discernendum quando prohibitio irritet. Deinde urgeo exemplum adductum, quia, licet prohibitio matrimonii comparata ad legem naturalem servandi vota, indirecta vel potius remota videatur, quia lex illa abstrahit ab hac vel illa materia, et a præcepto negativo et affirmativo, ut alibi dixi, nihilominus lex obligans ad non faciendum actum cujus carentia seu privatio Deo est promissa, satis directe prohibet talem actum, et prohibitio matrimonii est contenta sub illa lege tanquam species sub genere, quod satis est ad prohibitionem de qua loquitur lex *Non dubium*, ut ex illius tenore constat: ergo erit illa prohibitio directa. Et præterea, licet demus ex solo jure naturæ talem prohibitionem esse indirectam, nihilominus lex ecclesiastica directe prohibet tali personæ matrimonium. Nihil autem refert quod prohibeat ob illam conditionem voti: nam etiam prohibet matrimonium cum consanguinea ob talem conditionem, imo hic non prohibet simpliciter matrimonium tali personæ, sed cum tali; ibi autem autem prohibet simpliciter, quia habens votum respectu omnium prohibitus est. Unde, quoad prohibitionem æqualia sunt votum simplex et solemne, ut dicitur in dicto c. *Rursus*, et nihilominus differunt in irritatione quæ per Ecclesiam reddita est voto solemnium, et non simplicium: ergo signum est prohibitionem, ut sic, quantumvis directam et specificam, non irritare. Denique si rationes communis sententiæ in principio adductæ essent validæ, non multum referret prohibitionem esse directam vel indirectam, quia utroque modo resistit vo-

luntas principis, et actus est deficiens graviter: ergo vel uterque modus prohibitionis sufficit, vel neuter.

12. Præter hanc vero sunt aliæ prohibitiones Ecclesiæ de matrimonio contrahendo satis directæ, quæ non irritant, ut sunt omnes quæ constituunt impedimenta prohibentia et non irritantia, et signatim in cap. 1 et cap. *Ex litteris*, De eo qui cognovit consang., etc. Directe prohibetur incestuosus matrimonium contrahere; quæ prohibitio perpetua, et absolute ac directe fit, et tamen non irritat; ergo solum verbum prohibendi non satis indicat voluntatem legislatoris resistentem valori actus, ac subinde necessarium est aliquid aliud quo talis voluntas ostendatur, cum esse possit prohibens et non irritans. Extra materiam etiam matrimonii inveniuntur exempla: nam lex prohibens ludum alearum satis directe et simpliciter prohibet illum, non quoad circumstantias loci aut temporis, sed quoad substantiam actus, et nihilominus non irritat illum actum: ergo. Major supponitur. Minor vero constat, quia lucrata per talem ludum non sunt obnoxia restitutioni in conscientia. Licet enim detur actio ei qui perdit ad petendum illa coram iudice, nihilominus ante latam sententiam alter restituere non tenetur; signum ergo est acquisivisse dominium, ac proinde actum fuisse validum, licet postea revocari possit, quæ est communis sententia theologorum in 4, dist. 15, et Summistarum, verb. *Ludus*, Navar. in Summ., cap. 20, n. 19; Soto, l. 4 de Justit., quæst. 5, art. 2; et Covar. in regula *Peccatum*, 2, 1, § 4, qui alios refert, estque sententia communiter recepta in materia de Restitutionibus. Quæ in hoc potissimum fundatur, quod jura prohibentia ludum, simpliciter prohibent, et clausulam irritantem non addunt, ut patet ex toto titulo ff. de Aleat., et in c. *Episcopis*, 35 dist., sed ad summum dant actionem ad repetendum ut patet ex l. *Alearum*, c. de Religiosis et sumpt. funer., et ex l. 2 et ult., tit. 7, lib. 8 novæ recopilationis.

13. Denique est optimum exemplum, quod sumitur ex l. 1, § *Biduum*, ff. Quando appellan. sit, et habetur in cap. *Biduum*, 2, q. 6, ubi sic dicitur: *Sane quidem non est sub conditione ferenda sententia; sed si fuerit dicta, quid fiet? Et est utile statim tempora ad appellandum computari debere*, ubi constat, ut Gloss. in verb. *Non est* notat, prohibitam esse talem sententiam, factam tamen tenere. Et tamen illa prohibitio est satis directa et absoluta, ac de se habet causam perpetuam funda-